Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



eorum nocumentū et caliginē remouēdo:
Calidos et insup̄ & humidos, quos sangui-
neos dicimus, vinum utile existit, quia
sanguinē optimū, et clarum gn̄at: et
ut supra dicebatur; quem turbidum
repperit, clarificat. ¶ Ex varijs insuper
rebus vinum diuersificari comperitur,
aut ex regione, ubi producitur: aut ex
diuersis vitum speciebus, ex quarum vinis
exprimitur: aut sapore, aut odore: aut
colore: aut potentia, et debilitate: aut
recentia et vetustate: aut decoptiōe
et artificio. Experimento quidem
videmus quasdam vitum maneries,
et quasdam regiones, quibusdam lau-
dabiliora vina producere: de quibus
expertis colonibus oportunū est credere.
¶ Vinum dulce et grossum, calidū
est in secundo et siccum in p̄o, aliqua-
lem et herogeneam continēs humidi-
tatem: nec tantum laudabile, sicut
alia vina existit: grossum enim gn̄at
nutrimentū: sanguinem turbidat
nec sitim extinguit: Imo aliū ipam
augmentat: quia leuiter cū alijs ad